UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theatrvm Conversionis Gentivm Totivs Orbis; Sive, Chronologia De Vocatione Omnivm populorum, & propagatæ per vniuersum orbe[m] fidei, Christianæque religionis descriptio

Mermannus, Arnold

Antverpiæ, 1572

Ad Lectorem Ecclesiae Catholicae Trivmphantis Candidatvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29996

Visual Library

AD LECTOREM
ECCLESIÆ CATHOLICÆ TRIVMPHANTIS CANDIDATVM.

HAbes, candide Lector, Eccleſiæ Cathol. quã cuncti credere, & exoſculari tenẽtur, qui ſuæ ſaluti conſultum volunt, varijs & locorum, & temporum, & populorum exemplis rationem probationemq́ue. Tuæ integritatis fuerit, huic Catholicæ integritati ſempiternum inhærere, hancq́ue Eccleſiæ Cathol. vniuerſitatem vita chariorẽ ducere, velutq́ue aſylum ſanctiſsimũ, ſacerrimamq́ue anchorã vlnis ambabus amplexari. Extra hancnãq. Eccleſ. Cathol. non ſunt ſerui, nõ ſunt amici, non ſunt filij Dei, & Chriſti eius, ſed Antichriſti: non ſunt niſi paleæ quæ ventilabro, cum nuper graſſantis tẽpeſtatis (vti vidimus) tum futuri iudicij exagitatæ, in æternas flammas exibilandæ, exufflandæq́ue ſunt. Eſſe enim poſſunt extra Eccl. Cathol. teſte D. Auguſt. ſacramenta, ieiunia, precationes, templa, ſacræ ſcripturæ, Diuinæ literæ, ſed prodeſſe nõ ita, vti multis canonibus liquet, apud Gratian. diſt. 4. de conſ.

l. 2. cont. Creſc. c. 10. & ſeq. l. 3. cap. 4. Septem libris cont. Donatiſtas. l. 19. cont. Fauſt. c. 11. 12 in Pſal. 77. & 103. tract. 3. ſup. epiſt. 1. Io. cõt. literas Petit. l. 1. 2. 3.

Viue vale, ſi quid nouiſti rectius iſtis,
Candidus imperti; ſi non, his vtere mecum.
Quòd ſi ceſſas, aut ſtrennuus anteis,
Nec tardum opperior, nec præcedentibus inſto.
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.
Sæpe quidem auctori infelix cura libelli,
Omnia tranſuerſum dens genuinus agit.